

otia facit, et hanc alteram insaniam aliquando libeat  
insanire. Vale vir amicissime et me ama, contra quem  
a Collegio Bossio spondere mihi audeam, qui ad organum  
hactenus, silentio solus omnium respondet, Inquire quare  
et me doce numquid offensae manum cohibeat viri summi  
<sup>amici</sup>  
et ut putabam integerrimi. Haga Comitum XXI Martii.

CICIDCXLI.

(305).

Golio.

Fuisti inter primos, vir amice, quorum de dissertatiuncula  
nuper a me edita, iudicium explorare solliciti credidi  
mea interesse. Etiam testatus coram es quid sentiret.  
At nimirum in te receperas idem per epistolam, ut viri  
alii doctissimi fecere, latius exequi. quod situm venio  
quid causae sit, cur fidem hactenus liberare negligas,  
atque si in commodum non est, rogo propediem ut  
facias, et me ames vir Amplissimo

Sibi addictissimum  
fraterno affectu  
C. H.

Offeldæ XIX. Junii 1641.

Addo his exemplar literarum Wendelini  
nuper allatarum, ut ijs partim doceas  
quod fortasse nondum exploraveris,  
partim me quoque doceas quid reponere  
debeam de Chronico Samaritano et  
Eclipsibus.

Barlaeo.

Mirifica me affecere, vir Doctissime. Veneris Britannicæ  
decor et elegantia, nisi sic mavis, majestas et amor.  
neque facile dixerim an unquam hactenus verius te  
clarisque superaveris; nonnullas periodos Principibus  
vili facundia explenti, quæ si quid auctoris laudi detrac-  
tum ini, neque enim aliter fieri potuit, amori impu-  
tabis, et fraterno affectui, quibus exprimendus si par  
essem, nemini vel Barbare ignotus videres. Postremis  
versiculis eos quorum interest præcipue devinxisti, neque  
aptiori voto claudi Epithalamium potuit, quam ut  
ea quæ calum sociavit, mare ne separet. Indolui  
serio, cum Heenvlitius nunciauit sero sibi exempla  
ria in Angliam allata fuisse, ut penè spes illa  
decollasse

(306).